

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Aliqvot // [Aliquot] Epistolæ Reverendi // Patris Piæ
Memoriæ D. // Martini Lutheri quibusdam Theologis // ad
Augustana comitia Anno 1530 scri//ptæ**

Luther, Martin

[S.l.], 1549

VD16 L 3724

Docotor Martinus Lutherus Philippo Melanthoni.

urn:nbn:de:bsz:31-61767

DOCTOR MARTINVS

Lutherus Philippo Melanthoni.

Gratiam & pacem in Christo. Quid ad te
potissimum scribam mi Philippe plane ig-
noro, ita reuerberant me cogitationes de
tuis pessimis uanissimisq; curis, ut qui sciam surdo
fabulam narrari, hoc facit quod tibi soli credis,
mihi & alijs non credis magno tuo malo, Ego ue-
rum fatebor, fui in maioribus angustijs, quam tu
unquam futurus sis, spero optoq; nulli hominum,
etiam ne istis quidem, qui iam seuiunt in nos (quan-
tumuis sint scelerati & nefarij) ut mihi similes fi-
ant. Et tamen in ijs malis saepe leuatus sum uerbo
fratris. Aliquando Pomerani, aliquando tuo, ali-
quando Iona & aliorum. Quare ergo & tu ui-
cissim non etiam nos audis? qui certe nihil secun-
dum carnem aut mundum, sed secundum Deum abs-
q; dubio per spiritum sanctum loquimur. Simus
nos uiles, ne uilis sit quæso, qui per nos loquitur.
Sols denn erlogen sein / das Gott sei-
nen Sohn (für) vns gegeben hat / so
sey der Teuffel an meiner stat ein men-
sch / oder eine seiner creaturn / Ihs aber
war / Was machen wir denn mit vn-
serm leidigen fürchten / sagen / sorgen /
trawren / etc. Quasi nolit in rebus leuioribus

adesse, qui filium dederit, aut quasi Sathan sit po-
tentior ipso.

In priuatis luctis infirmior ego, tu autem for-
tior, Contra in publicis tu talis qualis ego in pri-
uatis, Et ego in publicis talis qualis, tu in priuatis
(si priuatum dici debet, quod geritur inter me &
Sathanam) nam tu uitam tuam contemnis, publica
cause metuis, Ego uero de publica causa satis
magno & otioso animo sum, qui sciam certo ip-
sam esse iustam & ueram, deniq; ipsius Christi &
Dei, quæ non sic pallet rea peccati, sicut ego pri-
uatus sanctulus pallere & tremere cogor, proinde
pene securus spectator sum, & istos mimaces & fe-
roces papistas non huius facio. Si nos ruemus, ruet
Christus una, scilicet ille regnator mundi. Et esto
ruat, malo ego cum Christo ruere quam cum Cæ-
sare stare.

Neq; uos soli hanc causam sustinetis, certe
fideliter adsum uobis gemitibus & precibus, uti-
nam & carne liceret, Nam & mea est causa, atq;
adeo plus mea quam omnium uestrum, neq; ulla te-
meritate aut cupiditate uel gloriæ uel lucri ten-
tata, quod testatur mihi spiritus ipse, ut hactenus
res satis declarauit, declarabitq; latius usq; in fi-
nem. Quare te per Christum oro ne ita negligas
promissa & solatia illa diuina, ubi dicit, Iacta su-
per Dominum curam tuam, Expecta Dominum,
uiriliter

Psal. 55.
Psal. 27.

uiriliter age & confortetur cor tuum. Et quo-
rum plenus est liber psalmorum & Euangeliorum, Ioan. 16.

Confidite ego uici mundum. **Es wirdt ya ni-**
cht falsch sein / das weis ich fürwar /
quod Christus sit uictor mundi. Quid ergo ui-
ctum mundum sic formidamus quasi uictorem?
Solte einer doch einen solchen spruch /
auff seinen knien von Rhom vnd Jes-
rusalem holen. Sed copia & assiduitate &
familiaritate uilescunt illa nobis. Das ist aber
nicht gut. Scio imbecillitas est fidei, at oremus
cum Apostolis, Auge nobis Domine fidem. Luc. 17.

Salzburgensi tyranno reddet etiam secun-
dum sua opera Deus, qui te sic cruciauit, At mere-
batur à te aliud responsum, quale forte ego dedis-
sem ei. **Wolan lass sie machen / sie ha-**
bens noch nicht aufgemacht. Que-
runt (metuo) audire uocem illam Iulij Caesaris,
hoc uoluerunt.

Sed frustra hæc scribo, Tu secundum philo-
sophiam tuam, has res ratione regere, hoc est, ut
ille ait, cum ratione insanire pergis, & occidis te-
ipsum, nec uides prorsus extra manum tuam &
consilium positam causam, & quod Christus pro-
hibeat, ne in tuum consilium aut manum, quod ta-
men pertinaciter uelles, ueniat. Tum uero publi-
ce, & pulchre & subito perierimus. (Sed) **Es**
A 4 heist